



Ung

N-184

Occasionia N-184.
potissim in carminibus gratul.
vniuersi
(Cafariana in alijs peregrata)
Intra peregrina. ~~184~~ 184a

184a



Hubertus Probst

1713

96

PHILOTAM, Intempestivo Silentio

Sibi, Patrique Parmenioni,

exitiosum,

ab

Studiosâ Mariæ-Magdalenaâ Juventute,

Memoriam Virlingianam simul

veneraturâ,

Anni vergentis cto Io ccxiiiⁱⁱ. D. vii Dec.

Loco horisque convsetis,

in Theatrum productum iri

intimat

M. GODOFREDUS KUPFFENDER.

WRATISLAVIAE,

IN OFFICINA BAUMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT

JOHANNES JANKIUS.

B. L. S.

Lxnitidissimo Romanorum de Rebus magni Græcorum Monarchæ, Alexandri, Scriptore, Q. Curtio Rufo, in Theatrum producere decrevimus ea, quæ de Philotâ, dicti Monarchæ Amico intimo & Corporis Custode arctâ necessitudine simul et annexo, deque ejus intempestivo in manifestatâ Conjuracione silentio, hinc quoque imputato ei Perduellionis flagitio, & attracto sibi, Patrique Parmenioni, exitio, ex vetustissimis Alexandro coævus Historicis, Marfya, Aristobulo, Ptolomæo, aliisque, Latino sermone, in gratiam Civium suorum, tantâ venustate descripsit, ut vix elegantius quid vel in hoc, vel in aliis ejusdem Dignitatis Autoribus reperire liceat. De hoc non minùs facundo Oratore, ac prudenti Historico, deque illius ætate, stylo, gravitate, venustate, aliisque prærogativis, quæ apud eos, qui de Classicis, ut vocantur Autoribus, in universum; vel etiam de hoc ipso speciatim, eruditas Commentationes nobis reliquerunt, fufius legenda, in præfenti nihil dicere sustineo: cum ejus fama & exultimatio, apud omnes elegantioris Latinitatis Fautores sit decantatissima, semperque in deliciis habita, ita, ut Potentissimus quoque Castiliæ Rex Alphonfus, Sapientis nomine jure suo insignitus, eum, ob voluptatem, quam periculossimo in morbo ex illius lectione hauserat, Sospitorem suum vocaverit, & Medicis suis antetulerit, nec minori in pretio, quàm Alexander suum Homerum, habuerit. Neque etiam de Re, quam ex eodem delineatam dabimus, multa discretus, probè gnari, quantis tricis & difficultatibus eadem sit involuta. Crudele enim videri potest Philotam inter Conjuratos ab Indicibus non relatum, Regi aliquin multis fidei & amoris speciminibus probatum, unicè, quod delatam ad se Conspirationem sinit, Adversariorum invidio instinctu, Quæstioni subiectum, & infami supplicio interentum fuisse: de quo ipse Curtius ambigit, verane Philotas in ultimis cruciatibus dixerit, an falsis, quæ facta probari non poterant, tormentis suis finem quæsserit. Quamquam Philotæ patrociniâ ideo in me non fuscipio, qui silentio suo in Re, ad salutem Regis & universi Exercitus spectante, non satis prudentem & circumspèctum se exhibuit. Id quoque prudentibus Juris Interpretibus decidendum relinquo, an æquum & justum sit, ex quocunque vel levi indicio Perduellionis suspectum, eundem nec auditum nec convictum, ad supplicium rapere; quod non paucis ex Ordine celeberrimorum Politicorum & Jurisconsultorum ita visum est, qui ex mente Porcii Catonis, apud Salustium de Conjuracione Castilianariâ, itatuunt: Alia quidem maleficia tum persequenda esse cum facta sunt; Perduellionem autem, nisi provideatur, ne accidat, ubi evenit, frustra judicio explorari. Mihi certè Mæcenatis, apud Dionem, Augusto datum consiliû magis probatur, ita svadentis: Si perniciem Tibi, Princeps, machinatus quis culpetur, in Senatu adductum causam dicere jube, ac si convincatur, plectè, ut fides crimini fiat: nam quidam difficulter adducuntur credere, ab inermi infidias armato structas: ubi tamen eos exclusos velim, qui, cum Exercitum obtineant, contra Te insurgunt: neque enim hi in Judicium pertrahendi, sed Hostium loco illico puniendi. Horum an observans quoque fuerit magnus Græcorum Monarcha alii judicent: de universo autem negotio variorum judicia studiosè collecta videantur apud Johannem Berlinum, Curia Provincialis olim in Ducatu Gloviensi Advocatum, in egregiâ de Lege Valeriâ Dissertacione. Sed nos ad Curtium nostrum revertimur, quem Auditoribus nostris amabilem reddere hoc ipso labore studui-

duimus, perſaſi, illum in Latinitate multum profeciſſe, cui & Curtius, uti olim de Cicerone Quintilianus judicavit, placere cœpit. Anſam huic conamini præbuerunt duo Generoſi Adoleſcentes, nunc etiam principes Perſonas, Alexandrum & Parmenionem, præſentaturi, qui, cum olim meo ductu in Eloquentiâ Romanâ ad præſcriptum Oratoris Curtiani, à Thilone delineati, ſe exceperent, & cultiſſimam in Philotam accuſationem, hujusque deſenſionem Judiciali ex Genere ſcriptas, in admirationem traherent, magno ſagrare deſiderio videbantur, hæc aliquando in Scenâ videndi, quæ tanto artificio ab Autore expreſſa legerant, & imitando expreſſerant. His votis, in ſe honeſtis & æquis, aliquid dandum cenſui, atque hinc in eam, quæ ſe fiſtet formam, Actionem illam transfudi, nonnulla ad verbum retinendo, præcipuè prolixas Alexandri & Philotæ Oraſiones; alia amplificando, contrahendo, ſupplendo, & ita variando, prouti fieri ſolet ab iis, qui Latini ſermonis Magiſtros in ſuccum & ſanguinem convertere cupiunt: idque ideo, ut Lingvæ Latinæ Cultores & nunc, & porro, ſtyli exercendi normam haberent. Et ſicuti Curtio noſtro Græci Scriptores occaſionem dederunt Latinam Lingvam nitidiſſe expoliendi; ita Latinus hic Scriptor anſam nobis ſuppeditato, Græcam quoque Lingvam hujus Cultoribus efficaciſſe commendandi. Id quod ex voluntate magni quondam Græcæ Lingvæ Fautoris, Beati Matthiæ Virlingii, celeberrimi apud Nos Juris Patroni, agimus, qui ſua Liberalitate ad ſtudium Græcum Latino jungendum, Magdalenæ Muſas laudabili inſtituto provocavit: cujus ſimul Memoriam, triſtibus Scholæ noſtræ & Græcicæ Lingvæ Profeſſorum fatiſ, elapſo anno, non ex merito cultam, grata mente & lingvâ venerari conſtitutum eſt. Ad quod eò ſolemnis iterum præltandum, faventiſſimos Literarum & Latinarum & Græcarum Fautores atque Patronos, eâ, quæ decet, animi ſubmiſſione compellamus, ut hiſ ſtudioſæ Juventutis Exercitationibus, craſtino die, paulò ante horam octavam matutinam, ſuperiori in Acroaterio benignè intereſſe, & Diſcentium ardorem efficaciſſe inflammare non dedignentur. Quod ſingulare Favoriſ & Amoriſ documentum nunquam non juſto metiemur affectu, & devotiſſime ſimul demererebimur ſtudio. P. P. d. vii Dec. A. cto 10 CC XIII.

Dramatiſ Sciagraphia.

- Prologus Argumentum ſais Jambis breviter explicabit & Benevolentiam captabit.
- In Actû I. Conſpirationem adverſus Alexandrum ſiſtentis & detegentiſ
 Scenâ I. Dymnus Nicomachum ad Societatem ſceleris pellicit.
 Scenâ II. Nicomachus Conſpirationem Fratri Ceballino, & hic Philotæ, aperit.
 Scenâ III. Cebalinus de ſuppreſſo à Philotâ indicio apud Metronem conqueritur, qui illud Alexandro nunciat; hic verò per Attarram Dymnum accerſi jubet, qui in itinere violentas ſibi manus infert.
 In Interſceno I. armat Rhadamantus Furiſ, Aleſto, Tiſiphonen, Megaram, ut & Perſidiam, Hypocriſin & Crudelitatem, adverſus Majeſtatem Præcipuum: quas repellit Pro-nœa divina, miniſterio Fidelitatis, Sinceritatis, Obſequentiæ.
- In Actû II. Philotæ Accuſationem, Torturam & Condemnationem producentiſ,
 Scenâ I. Exprobrat Alexander, in præſentiâ Ducum, Crateri, Hephæſtionis, Ceni, Eri-gyii, Amyntæ, Beloniſ, Perdiccæ, Leonnati, duorum Satellitum, & reliqui Comitatus, Philotæ imputatum ſcelus, excuſanti ſe veniam promittit, qui verò denuo accuſatus Cuſtodiz mandatur.
 Scenâ II. Colloquuntur duo Satellites de triſtibus Philotæ fatiſ, ejuſque Captivitate.
 Scen. III. Philotæ ab Alexandro in Jus vocatur, & poſt Apologiam ſuam, Quaſitioni ſub-jicitur.
 Scen. IV. Poſt relatam à Nobilibus Adoleſcentibus Confeſſionem, Philotæ Capitiſ damnatur,
 In Interſceno II. Excandescunt in innocentiſ quoque Aularum Miniſtros, Invidia, Ca-lumnia, Vindicta, quæ à Prudentia Aulicæ per ſex Genioſ, Principes ſalutaribus monitiſ inſtruentis, reprimuntur.

In

In Actus III. Parmenionis, Philotæ Parentis, eadem representantis,
 Scenâ I. Mandatur ab Alexandro Polydamanti & duobus Arabibus, Cædes Parmenionis.
 Scenâ II. Interficitur à Cleandro Parmenio, & abscissum huic Caput ad Regem deferitur.
 In Interfencio III. Lamentantur de eâ Cæde sex Medorum Adolescentes & totidem
 Virgines Præficæ.

Epilogus tandem disserit Græco suo stylo de Græcis Rerum ab Alexandro gestarum Scriptori-
 bus, celebrataque Virgilianâ Memorîâ commendat Juventuti Lingvæ Græcæ Stur-
 dium.

PERSONÆ PRODITUR Æ.

PROLOGUS Johann Adam Scholz.

ACTU I.

Dymnus. Carl Ludwig von Noth.
 Nicomachus. Joh. Carl Kolbe.
 Cebalinus. Carl Gottlieb von Schreyvogel.
 Philotas. Gottlieb Beer.
 Metron. Gottlieb Augustin Teubner.
 ALEXANDER M. Ferdinand Christian von
 Niemer und Niemberg, cum Comitatu.
 Attarras. Joh. Christoph Kuppfender.

Interfencio I.

Rhadamantus. Gottfr. Samuel Kuppfender.
 Aleto. Andreas Christian Francke.
 Tiphphone. Joh. Gottlieb Haubt.
 Megera. Martin Wiedemann.
 Perfidia. Joh. Christian Glafer.
 Hypocrisis. Carl Benjamin Weiffner.
 Crudelitas. Heermann Christian Sculerus.
 Pronocæ. Ferdinand Schubart.
 Fidelitas. Christoph Ferdinand Birge.
 Sinceritas. Christian Theodorus Leubsher.
 Obloquentia. Michael Jacob Sauer.

ACTU II.

Præter Alexandrum & alios Actu pri-
 mo nominatos.

Craterus. Christoph Friedrich Keller.
 Hephæstion. Gottfried Garschocke.
 Cænus. George Christian von Gische.
 Erigyus. Johann Christian Kessler.
 Amyntas. Friedrich Wilhelm von Gische.
 Belon. Gotthold Siegmund Schmied.
 Perdiccas. George Friedrich Deichsel.
 Leonnarus. Johann Jacob Schmiebe.
 Satelles I. Wilhelm Ludwig von Niemer
 und Niemberg.
 II. Gottfried Christian Gallasch.
 Nobiles Adolescentes!
 I. George Friedrich Ensenfarth.
 II. Michael Siegmund Schibel.
 III. Joh. Rudolph von Schreyvogel.
 IV. Daniel Gottfried von Niemer und
 Niemberg.

Interfencio II.

Invidia. Christoph Gottlieb May.
 Calumnia. Joh. Christoph Wolff.
 Vindicta. Joh. Benjamin Keller.
 Prudentia Aulica. Gottfried Hofemann.
 Genii I. Gottfried Wilhelm Sieber.
 II. Christian Gottfried Zedel.
 III. Caspar Siegmund Liebertanz.
 IV. Benjamin Schubart.
 V. Caspar Christian Kuppfender.
 VI. Joh. Heinrich von Knoer.

ACTU III.

Polydamas. Johann Ernst Schwarz.
 Arabes I. Joh. Caspar Albinus.
 II. Christian Zöffel.
 Cleander. Gottlieb Friedrich Kuppfender.
 Parmenio. Johann August von Niemer und
 Niemberg.

Interfencio III.

Adolescentes Medi.

I. Benjamin Wilhelm von Dresler
 und Aichenburg.
 II. Christian Ferdinand Habicht.
 III. Christian Flegner.
 IV. Samuel Krug.
 V. Carl Heinrich Deper.
 VI. Joh. Friedrich Windler.

Virgines Præficæ.

I. Daniel Gottlieb Cochlovius.
 II. Joh. Rudolph von der Felde.
 III. Joh. Heinrich Quittaw.
 IV. Christian Jeremias Gottwald.
 V. Gottlieb Wilhelm Böhm.
 VI. Gottfried Christian Meyer.

EPILOGUS.

Benjamin Hoffmann.

* * *
 * * *



Ung. VI 184

NO 18
NO 18

Huber. Berlin

1713

96

DULOTAM,

estivo Silentio

rique Parmenioni,

exitiosum,

ab

e-Magdalenaâ Juventute,

Virlingianam simul

veneraturâ,

tis cl^o 15 ccxiiiⁱⁱⁱ. D. vii Dec.

co horisque consvetis,

trum productum iri

intimat

REDUS KUPFFENDER.

~~*****~~
ATIS LAVIÆ,

JMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT

HANNES JANKIUS.

